



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

238. Quid venerit Christus in terras mittere.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

multis passeribus meliores estis vos. *Matth.*
10. 6. 29. 30. 31.

III. Omnis ergo, qui confitebitur me co-
ram hominibus, confitebor & ego eum co-
ram Patre meo, qui in caelis est. Qui autem
negaverit me coram hominibus, negabo &
ego eum coram Patre meo, qui in caelis est.
Matth. 10. 6. 32. & 33.

MEDITATIO CCXXXVIII.

*Didagma XLIV. Quid venerit Chri-
stus in terras mittere.*

I. **N**olite arbitrari, quia pacem venerim
mittere in terram: non veni pacem
mittere, sed gladium. Veni enim separare
hominem adversus patrem suum, & filiam
adversus matrem suam, & nurum adversus
socrum suam. Et inimici hominis, dome-
stici eius. *Matth.* 10. 6. 34. 35. 36.

II. Qui amat patrem aut matrem plus
quam me, non est me dignus: & qui amat
filium aut filiam super me, non est me di-
gnus. Et qui non accipit crucem suam, &
sequitur me, non est me dignus. *Matth.* 10.
6. 37. 38.

III. Qui invenit animam suam, perdet
illam: & qui perdiderit animam suam

propter me, inveniet eam. *Matthæ 10. Vers. 39.*

MEDITATIO CCXXXIX.

Didagma XLV. Præmium eorum, qui Dei servos recipiunt.

I. **Q**ui recipit vos, me recipit; & qui me recipit, recipit eum, qui me misit. *Matth. 10. & 40.*

II. Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet; & qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. *Matth. 10. & 41.*

III. Et quicumque potum dederit uni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ, tantum in nomine discipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem suam. *Matth. 10. Vers. 42.*

MEDITATIO CCXL.

Didagma XLVI. De Abnegatione sui quotidiana.

I. **I**esus dixit discipulis suis: *Matth. 16. & 24.* & convocatâ turbâ cum discipulis suis, *Marc. 8. & 34.* dicebat ad omnes: *Luc. 9. & 23.* Si quis vult post me venire, (me sequi, *Marc. 8. & 34.*) abneget semetipsum, & tollat crucem suam (quotidie